



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CXXVIII. Das Kloster Diesdorf verschreibt drei Conventualinnen und dem  
Küchenmeister eine Leibrente für einen Beitrag zum Ankauf von  
Wendischen Grabenstedt, am 24. Juni 1360.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CXXVIII. Das Kloster Diesdorf verschreibt drei Conventualinnen und dem Küchenmeister eine Leibrente für einen Beitrag zum Ankauf von Wendischen Grabenstedt, am 24. Juni 1360.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Nos Johannes de bok prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in dytorpe presencium recognoscimus publice protestantes, Quod in christo nobis dilecte commoniales Alheydis, Reynsit, sophia, filie vycken brokeres pie memorie, et henneke wulph coquinarius noster, qui wlgariter dicitur eyn kokemester, Emerunt vnanimiter vnum talentum denariorum sex denariis minus pro duodecim marcis lüneburgensium denariorum et tribus solidis, In emptionem ville wendischen grauenstede, ad tempora vite sue annis singulis ad percipiendum et tollendum in hunc modum, Quod si contigerit aliquem mori ex hiis quatuor personis predictis, tres supersites plene habebunt predictum talentum temporibus vite sue, sic et vltimus viuens percipiet sicut omnes integraliter possidendum; Ipsis predictis quatuor defunctis talentum tribuatur ad officium caritatis nostri collegii pro salute omnium parentum suorum, sic quod de eo amministratrix dicti officii Ipso die sacro in exaltatione sancte crucis ad refectionem dominarum perpetue ministrabit, vt eo deuotius ac studiosius de tali refectione gaudentes digentur patrem omnipotentem pro eis deprecare; vt autem prescripta permaneant rata, presentem litteram sigillis nostris dedimus communitam. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. sexagesimo, In die beati Johannis baptiste natiuitatis.

CXXIX. Das Kloster Diesdorf befundet, daß vier Conventualinnen mit einer Rente aus Andorf sich Gedächtnißfeiern gestiftet haben, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus in Dytorpe vniuersis christi fidelibus recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte Hanna, Elyzabeth, Ghertrud et Aldrud de Marnholte emerunt in villa Annendorpe in Curia, quam nunc inhabitat Ghereke Ghoden, vnum talentum denariorum pro tredecim marcis denariorum Lüneborchensium persolutis perpetue percipiendum et tollendum de eadem Curia in festo beati Martini Episcopi et confessoris annis singulis, quamdiu vixerint predictae quatuor moniales. Preterea deo sic disponente, cum omnes mortue fuerint, antedictum Talentum denariorum spectabit ad Officium Caritatis; pro quo talis Officii amministratrix perpetuam memoriam nostram et nostrorum omnium amicorum In die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi apud predictum Conuentum nostrum statuet obseruandam et pro vtilitate uel consolacione Claustri et Conuentus predictum talentum distribuet, prout ei melius videbitur expedire. In testimonium huius facti presentem litteram munimus nostris cum sigillis. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Sexagesimo, In festo beati Johannis Baptiste natiuitatis.